





11  
FACVLTATIS JVRIDICÆ  
IN ALMA AC PERANTIQVA VNIVERSI-

TATE ERFORDIENSI

1725, 10<sup>o</sup> b  
**DECANVS,**

**JOH. HENRICUS**

*Weier/ JC* TVS,

ELECTORAL. REGIMIN. CONSILIAN. DECRE-  
TAL. PROF. PVBL. VNIVERSIT. SENIOR,  
NEC NON JVDIC. PROVINC.  
ASSESS. PRIMAR.

**LECTORI BENEVOLO**

S. & O.


---

ERFORDIÆ,

TYPIS GROSCHIANIS, ACAD. TYPOGR.

Cop.





# JOH. HENRICUS



Emerarios delatores atque calumniatores omni ævo extitisse, proditum legitur tam apud rerum gestarum observatores, quām & illorum vestigia in Jurisprudentia Romana extant; uti haut obscure vel ex remediis, quibus taliusmodi temeritati obviatur, & innoxii consularit, liquet. Qui enim, hoc Jure, capitis accusare volebant, ipsos libellum accusatorium subscribere oportebat, quō ipso jure talionis obligabantur ad similitudinem supplicii, si in probando criminē deficiebant; neque minus Stum Turpilianum coērcet eos, qui non justè ac sincere institutam accusationem urgent & improbè eam destituunt, uti videre est sub hāc rubr.

Cod.

Cod. eò quoque collimarunt Imp. serio sancientes: *Nihil fibi deflectens à Justitia indignatio cognitorum, nihil venalis exigentium terror in eas, que innocentie auctoritate secura.* l. 6. Cod. Theod. de question. p. m. 63. Nequaquam & Jus Canonicum deesse voluit tutandæ Innocentiae, quod apprimè testatur suo nigro Rubrica de Purgatione canonica. Quæ originem, dubio procul, accepit, ut opinor ex Jure Longobardorum i. Feud. 10, ubi, tam Fidelis, quam Dominus, non plene probans intentionem suam jurat cum XII. Sacramentalibus; illi de veritate; hi modò de credulitate; qui alias etiam Conjuratores vocantur, atque juramentum in causis & Ciyilibus & criminibus præstabant, accusatore sceleris reum plenè non convincente, conjecturâ tamen innocentiae pro gravato militante, tunc semet jurejuringo purgare & sic innoxium semet demonstrare tenebatur, adhibitis duodecim asserti testibus, jurantibus, sese, suspectum dixisse verum, firmissimè confidere i. F. 4. §. 2. & pr. vs. Sacrament. 2. F. 33. Hæc consuetudo postmodum etiam Jure Canonico fuit recepta, & inde purgatio Canonica appellata atque seq. titulo opposita,

(2)

de

de Vulgari; æquè eodem Jure Longobardorum inventa, quæ horrore plena purgatio Jure Canonico, ob Numinis tentationem, damnata est, quippe Pontifex Cœlestinus III. *cap. 1. b. t.* & ejus Successor Innocentius III. in *cap. 2.* susstulerunt Duellum; Honorius III. autem de testatus est usum ferri candentis in *cap. 3. b. t.* *de purg. vulg.* Fiebat quoque vulgaris per immissionem manus in ferventem aquam; si sine noxiâ ustionis educeretur; ut & homo nudus in profluentem projectas mergeretur, innocentia censebatur probata. Hoc autem purgationis genus veteribus Saxonibus dicebatur Ordalium, quo insimulatus criminis probabatur, aut nudâ manu ignitum ferrum gestabat, aut pedibus nudis ignitos premebat vomeres, factaque per Sacerdotem adjuratione, his concepta verbis: sit tibi hic ignis in probationem hodie; si reus es intentati criminis, manus comburatur, vel pes tuus; sin verò insons, absolvebatur, uti ex Seldeno refert Zieglerus ad *Jus Can. b. t.* Quod suprà dictum ex jure feudorum de Compurgatorum numero, est quidem is hodie arbitrarius, major tamen adhibendus in Majori & minor in Minore sec. Abbat. in *cap. inter. 10. X. de purg. Can.*

tibi

ubi concludit. si modum in purgatione Superior excedat, arbitrium boni viri locum invenit. Si denique gravatus in purgatione deficiat, puniri debebat tanquam convictus, ad quamcumque etiam ageretur poenam, & tradebatur Curiae seculari, opinione Hostiensis; Hoc tamen displacebit Abbatii, quod haec probatio non est vera & directa; Evidet nec Statuti poena debet affici ob purgationis defectum, quia non est vera convictio sed modo presumptiva & interpretativa, & Statuta tantum habent locum in casu vero, non ficto; ast hodie ut plurimum Statuta puniunt maleficia; non igitur in poenam incidit Statutarium, nisi quis perfecerit delictum; neque sufficiat inchoasse, seu fecisse actum criminis propinquum, sicuti videbatur sufficere secundum l. 7. Cod. ad L. Cornel. de Sicar. Plura, quae ad Canonicam purgationem observari debent, sufficienter declarabit ad cap. 9. X. d. tit.

*NOBILIS ET CLARISSIMVS DOMINVS*

**GEORGIVS JOSEPHVS Stein/**  
Is primum adspexit Lucem Fuldae 16. Octobris  
anno 1699. procreatus ex Patre Dn. JOANNE  
GVILLIELMO STEIN, Regiminis Fuldensis  
Advocato, nec non Urbis Senatorc; & Matre,

2011

X 3

MA-



MARIA EVA, natâ MÜLLERIANA. Initio  
humaniorum studiorum fundamenta sub in-  
formatione RR. PP. Societatis Jesu in Athenæo  
Fuldensi posuit; quibus ritè positis, Philosophi-  
cas aggressus est disciplinas, & Professorem si-  
mulque ductorem natus est admodum Rev. &  
Eximium P. JOANNEM KEMPEL è S. J. nunc ibi-  
dem Theologiæ Moralis Professorem celeberr-  
imum; post finitum Philosophiæ Studium se-  
fe SS. Theologiæ mancipavit, cui per tempus  
quadriennale apud RR. PP. Societatis Jesu  
operam sedulò navavit, eique adjunxit Sacro-  
rum Canonum disciplinam, ac in Illustri Con-  
ventu ad St. Salvatorem Fuldae per biennium  
Plurimum R. D. JOANNEM BAPTISTAM ELVE-  
RENTZ, Ord. S. Benedicti ad S. Blasium in Sylvâ  
Hercyniâ Professum SS. Theologiæ, & SS. Ca-  
nonum Professorem, P. LUDOV. ENGEL expla-  
nante auscultavit. Dein Moguntiam disces-  
sit, & ibidem non solum lectiones Juris Cano-  
nici sub admodum Reverendo ac Magnifico  
Dn. ANSELMO FRANCISCO JOSEPHO ERNST, SS.  
Theologiæ & J. V. Doctore, Decretalium Pro-  
fessore Publ. & Ordinario, Insignis Ecclesiæ Col-  
legiatæ ad St. Victorein extra muros Mogunti-  
nos

nos Canonico Capitulari: cum uberoso fructu  
ruminatus est. Hoc authore & suafore etiam  
Eiusdem ad Hoppii Commentarium in Justi-  
nianea Instituta; nec non in Compendium Ju-  
ris Lauterbachii ad Digesta dilucidam explicatio-  
nem avidè excepit. Denique Juris quoque  
Publici Romano-Germanici notitiam ex ore  
Prænobilis JCTi, Dn. DÜNEWALD, J. V. L. Emi-  
nentissimi Electoris Moguntini, DOMINI no-  
stri Clementissimi, Consiliarii Aulici, & Juris  
Publ. Professoris Ordinarii famigeratiss. solidè  
acquisivit. Absolutis hisce Academicis Studiis  
tandem animo destinavit, etiam solennibus acti-  
bus academicis doctrinam suam publicè pro-  
bare, pro obtinendis nimirum dignitatibus, qui-  
bus in Academiis, qui capaces sunt Candidati  
honorantur. Honestum itaque hoc suum pro-  
positum modestè oblatis literis prodidit nostræ  
Facultati, subinde rogitans, quò secundum or-  
dinem Statutorum ex utroque Jure sibi assigna-  
rentur textus, quorū legitimā explicatione si-  
bi viam panderet rigoroso, ut vocant, Examini;  
voti compos factus ex Jure Pontificio æquè ut  
ex Civili Capitulum & Legem solidè interpre-  
tatus est & per varias fere Juris materias propo-  
fitis

sitis quæstionibus sat doctè respondit; adeò,  
ut, Examine finito, unanimi suffragio salutaretur  
probus Juris Candidatus. Qui dignus ut Ca-  
thedram possideat atque ex eadem instituat &  
cuioriam Lectionem, super Cap. 9. X. de PVR-  
GATIONE CANONICA & Disputationem  
inauguralem DE PRIVILEGIORVM EX-  
TENSIONE. Quibus actibus publicis deter-  
minatum est tempus consuetum die Saturni 25.  
Augusti cur. an. Hisce igitur solennitatibus ut  
Magnif. Dn. Universitatis Rector, Proceres &  
Jurisprudentiæ Cultores præstd̄ esse haut dedi-  
gnentur, officiōe & amicē invitantur. Publ.  
Erfurti sub Sigill. Facult. Jurid. Dom. SS. Trinit.  
XII. August. 19 Anno M DCC XXV.

L.S.


Erfurt, Diss., 1725-26

ULB Halle  
005 367 786

3



vD18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches

Centimetres

Farbkarte #13

11  
1725, 10<sup>b</sup>

FACVL TATIS JVRIDICÆ  
IN ALMA AC PERANTIQA VNIVERSI-  
TATE ERFORDIENSI

DECANVS,  
JOH. HENRICUS  
*Meier/ JC TVS,*

ELECTORAL. REGIMIN. CONSILIA R. DECRE-  
TAL. PROF. PVBL. VNIVERSIT. SENIOR,  
NEC NON JVDIC. PROVINC.  
ASSESS. PRIMAR.

LECTORI BENEVOLO

S. & O.

ERFORDIÆ,

TYPIS GROSCHIANIS, ACAD. TYPOGR.

